



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

XII. Vt nullus clericus de episcopo suo recedat, & ad alium se transferat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

in ecclesia, non legatur; aut si legitur in villa, præfente episcopo vel presbytero vel diacono, legatur.

X.

Dist. 53.
c. Si quis
obligatus
est. Et ha-
betur in-
ter Cano-
nes a Mar-
tino Bra-
ca. i. episco-
po colle-
ctos c. 46.

Clericos, si qui obligati sunt, vel * pro æqua-
tione, vel * genere alicuius domus, non ordina-
dos, nisi probatæ vitæ fuerint, & patronorum con-
sensus accesserit.

XI.

24. q. 3. Si
quis de po-
tent.

Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet
pauperiorem, aut religiosum expoliauerit, & man-
dauerit ad ipsum episcopus, vt eum audiat; & si con-
temperit, inuicem mox scripta percurrant per om-
nes prouinciæ episcopos, & quoscumque adire
potuerint; vt excommunicatus * habeatur, donec
* audiatur, vt reddat aliena.

XII.

Item, vt liberum vlli clerico non sit, discedere
de episcopo suo, & alteri episcopo communicare:
nisi forte ei, quem episcopus alius libenter habeat
de hæreticorum schismate discedentem, & ad fi-
dem catholicam reuertentem. Si qui autem de ca-
tholicis discesserint, & in communionem eorum vel
palam, vel occulte, * qui vel excommunicati sunt,
vel per sententiam iam notati, fuerint inuenti, ha-
beant illorum ad quos ire voluerunt, etiam in * dam-
nationem consortium.

XIII.

De conf. d.
2. Hi qui in-
trant.

De his qui intrant in ecclesiam, & deprehen-
duntur nunquam communicare, admoneantur, vt * qui
si non communicant, ad pœnitentiam accedant; si
communicant, non * super abstineantur; si non fe-
cerint, abstineantur.